



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XVIII. De servis ordinandis, vel non.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

rentes, si habeant ut legiti, relinquendi sua conscientia; & possunt se reputare ut legiti, quia melior est conditio possidentis præcipue post ordinationem. Quod si infameretur; ut illegiti, eis incumbit purgatio: facit enim fama contra eos præsumi, quamvis non teneatur quis in dubio credere se illegitimum, ut dictum supra, n. 12.

Hac de defectu natalium: quem tolli per dispensationem Pontificiam, ut & irregularitatem ex eo procedentem, dictum est: iudicatur & in aliquibus per Episcopalem, nequitam veridem Imperiale, cum irregularitas non civilis sed Ecclesiastis sit fori.

**14.** Facit & cessare eam legitimatio, quæ est natalium restitutio, ea præcipue, quæ fit per subsequens matrimonium, cum faciat videri natum quasi ex legitimo toro, ut dicitur infra, ad 11. *Qui filii suis legis*, quatenus tempore conceptionis inter parentes potuit esse matrimonium, ut ibidem dicitur. Idem effectus tribuitur legitimatio per rescriptum Pont. qui ut est supra ius humanum, ita potest impedimenta ab eo posita tollere, legitimando & habilitando personam affectam.

**15.** Sed queritur, An ita legitimatus fiat habilis ad Ordines, etiam Episcopatum? Resp. Id dicendum esse, non requisita nova dispensatione; quia legitimatio, sive de jure communni per matrimonium subsequens, sive de jure speciali per rescriptum simpliciter facta, continet dispensationem totalis defectus natalium, cuius effectus erat inabilitas ad Ordines, beneficia, dignitates: ut, defectu simpliciter sublati, sit dicendus sublatus & ejus effectus etiam quoad Episcopatum. Nihil obstat, quod requiritur, ut Episcopus sit ex legitimo toro, c. 7. sup. iir. 6 nam talis habetur per legitimacionem, c. Tanta inf. *Quis si ii sint legit.* ubi Glos. *V. legitimi*, dicit eos haberilegitimos quoad ordines & honores, quod per matrimonium omnia præcedentia sunt purgata: quod & aderit Gloss. in c. *inornuit* 20. *V. conjugato* sup. d. iir. 6. Non obstat etiam d. c. 20, nam ex eo, licet dubia sit eius lectio, satis patet, ibi non suffici matrimonium initum inter parentes, ut dispensatio ibi requiratur. Nihil quoque facit, quod dispensatio simpliciter in Ordibus non referatur ad maiores, aut ad digni-

tates: quia illa est partialis tantum, ut restri-  
gatur; haec autem totalis.

Quæritur etiam, An ante parentum matrimoniū ordinatus, aut beneficio donatus, per illud subsequens fiat habilis ad celebrandum in suscepione, aut retinendum b. beneficium? R. Quantum ad beneficium attruit, illud dicendum male collatum, quippe inhabili, nec prodesse subsequentem habilitatem, cum ea non aduerteret tempore collationis, ut re-  
quiritur, cap. *Si eo tempore* 9. *De rescriptis* in 6. qua de re latius infra, tit. *De probab.* Quantum ad Ordinis suscepit, qui characterem impref-  
fit, executionem, posse videti non impedit, upore jam sublati impedimento, quod ob-  
stabat, scilicet irregularitate cauillata per de-  
fectum natalium, quo sublati non potest non  
cessare ejus effectus. *Quo facit*, quod dictum  
supra hoc tit. nu. 7. ex ordinatione illegitimi  
citra dispensationem non contrahit ab eo novam aliquam irregularitatem, aut suspensi-  
onem, quod Canon desit. Ut sublati antiquo  
impedimento per legitimacionem, non pos-  
sit sublati aliud, quod impedit, quamvis ordi-  
natio non fuerit citra peccatum, et gravius,  
quo gravior defectus. Est tamen haec opinio  
valde dubia.

Tribus itaque modis austertur irregularitas, ex defectu natalium procedens, scilicet ingressu in Religionem, dispensatione & legitimacione. \* *Vitæ probitas, scientia, aliaeque doles*, li-  
cer facient tolli postea irregularitatem, ex certa  
tamen & indubitate scientia eam ex se non tol-  
lunt, ut patet ex d. c. *Innotuit* 20. sup. iir. 6. & c.  
*Litteras* 14. b. t. quæ loca præsupponunt istas  
doles, ut accedit dispensatio.

## TITULUS XVIII.

De servis ordinandis, vel non.

## SUMMARIUM.

1. *Servi cur ordinari prohibeantur.*
2. *Servus Domino conseruante recte ordinatur.*
3. *Consensus an requiratur absolutus & sim-  
plex?*
4. *Quid si ordinatus fuerit Domino nesciente &  
Or-*

5. Ordinatus ignorante domino non contrahit novam irregularitatem.
6. Restitutus domino an careat privilegio fori & Canonis?
7. Libertus an redit ordinetur.
8. Servorum nomine qui hic veniant.

**P**rovenit & irregularitas ex defectu originis, scilicet servilis, sicut ex parte matris: sequitur enim partus ventricle, *Instit. De Ingenuis c. fin. hoc tit.* Unde prohibetur ordinari servum, q. hoc sit. Et tota *Diss. 54.* non tam quod visus conditio ponat indecentiam, cuius Canones non videntur habuisse rationem, quod illa pertinet ad bona per mala fortuna, & nullam habeat conjunctionem cum pravis moribus, quam ratione justitia, respectu domini ex una parte, ne illi fiat injuria, re sua invito subtrahita, unde procedunt blasphemiae in nomen divinum, & blasphemiam fidem; ex alia vero parte religiosus causa, cuius ministerio non posset vacare servus ordinatus, si apud dominum relinqueretur, aut ab eo in servitutem retrahatur, *can. Quicumque can. Ex antiquis Diss. 54.* Debet enim esse immunitus ab aliis, qui divinæ militiae est aggregandus, nec à castris Dominicis, quibus nomendetur, aliquo necessitatis vinculo abstrahendus. Unde servitus non inducit obstatum perpetuum ab solute, sed quamdiu durat, & non consentit dominus, cuius consensus sufficit, ut pater ex *can. Apostolico 81.* & *can. Generalis Diss. 54.* sive expressus sive tacitus, veluti si sciat sacris iniciis servum, & non contradicat, *can. Si servus scientie Diss. 54.* qui non potest videri non contentire in libertatem, cum qui vult consequens, velit & antecedens.

Ubi queritur, An debeat consensus iste dominus esse absolutus? R. Absolutum & simplicem nullam quidem involvere conditionem, sicutem sub obligatione justitiae, atque ita servum potest esse liberum: non repugnat tamen conditionem apponi, statui Clericali non repugnantem, veluti de operibus spiritualibus praestandis, aut etiam de non praestandis officiis justitiae aut gratitudini repugnantibus. Probatur id ipsum c. 2. *inf. De condit. appos. c. Nullus h. t. ubi Abbas.*

4. Ordinatus domino nesciente, manet qui-

dem ordinatus, quia servitus non tam inducit incapacitatem quam irregularitatem, quae non impedit characteris impressionem. Ordinatus tamen in minoribus liberatur servitute, & domino suo restituendus, *can. Ex antiquis, can. Frequens Diss. 54.* Nam cum eorum ordinatio sit remota ab actu sacro, praevaleat regula, quod nulli fraus sua debet patrocinari, nisi annus fuerit elapsus, non à tempore ordinationis, sed scientie computandus, ut vult Hostiensis. hic, quod dissimilatio tanti temporis consensum ponat, aut nisi per triennium haeret in monasterio, *d. can. Si servus scientie.* Sacerdos ordinatus manet quidem in gradu suo in reverentia sacerdotii, *d. can. Ex antiquis & d. can. Frequens:* multatur tamen amissione peculi, si quod habet, quod domino cedit, cui restituitur, non ad serviles, sed spirituales operas ei praefandas. Diaconus ordinatus non alias domino restituendus, quam si vicarium praestare nequeat, aut alias satisfacere, *d. can. Ex antiquis.* Idem juris hodie est in Subdiacono, propterea quod Ordo subdiaconatus reputetur nunc inter eos, qui sacri habentur, *cap. pen. hoc tit.* quod olim aliter se habuit.

Hec ita si bona fides Episcopi, & aliorum qui testimonium exhibuerunt, suffageatur: nam si Episcopus scienter servum alienum, domino ignorantem, ordinaverit, tenebitur ei ad duplum. Si Episcopum excusat bona fides, non etiam eos, qui obtulerunt, tenebuntur hi ad praedictam satisfactionem, *d. can. Si servus absente Diss. 54.* Videatur de his *Glossa fin. in c. t. b. t.*

Ceterum ordinatus ignorantem domino non videtur contrahere novam irregularitatem, aut suspensionem, cum nullus Canon id habeat, & postea, consensu domini superveniente, aut eum manu mitten'e, destinat esse irregularis, abique alia dispensatione, utpote ablato fundamento irregularitatis. Idem erit, si ordinatus ante domini consensum celebreret, cum non appareat Canon, qui tale quid statuat.

Dubium esse potest, An restitutus domino careat privilegio fori & Canonis? R. Quantum ad fori pr. vilegium, illud non esse restituto, in minoribus tantum ordinato, cum per Trid. *Sess. 23, c. 6.* non aliis competit, quam

quam ferentibus habitum, & tonsuram. Non fert autem talis restitutus, cum jubeatur esse ejusdem conditionis, cuius erat ante gradum, *can. Nulli diff. 34.* Ut habitum & tonsuram eum deferre minus conveniat Ecclesiasticae dignitati. Quantum ad privilegium Canonis, nec hoc ei salvum, saltem quoad dominum, cui in nullo prajudicatum per gradum. Idem quoad alios vult *Glossa*, *fin. in d. can. Nulli*, quasi depositus careat omni Clericali privilegio. Sed contra dicendum, eum non privati omni privilegio Clericali, arque ita non impune percuti ab aliis, ut tradit Hostiensis *hic c. 2.* *& Glos. fin. in c. 2. De penit. in o.* Libertus licet videatur irregulatus, per *can. fin. Diff. 54.* propter speciem quandam servitutis, quam retinet, consecrante tamen domino quin licet ordinetur non est dubitandum, & liberetur quoad viles saltem conditions, non quoad eas, quae concordant exhibitionem honoris & reverentiae.

*3.* Porro servorum nomine videntur venire & originarii, & simili conditioni obnoxii, quo ad impedimentum ordinationis, propter generalitatem texti, in *can. Generalis* & *can. Administratur Diff. 54.* ne sis, quibus obligati sunt fratres injuria. Possent dici etiam impediti causa oblationis, de qua Tit. sequenti.

## TITULUS XIX.

De obligatis ad Ratiocinia ordinandis, vel non.

## SUMMARIUM.

1. Ratio hujus impedimenti.
2. Obligatio ex administratione rerum secularium procedat oportet.
3. Reddis ratiobus quatenus quis admittendus ad Ordines.

**R**atio civilis, qua nemo per dolum aut fraudem rem suam alienare potest, quo duriorem faciat adversario conditionem, sit. *D. De alienat. jud. & utan. caus.* etiam per Canonem recepta facit obligatum ad reddendas rationes ordinari non posse. Fieri enim posset, ut hujusmodi homines, alienis negotiis implicati, ideo ad facios Ordines properarent, ut

hac Ratione laicorum jurisdictione subtraheti, non nisi coram judge Ecclesiastico convenienter: non sine detrimento eorum, quibus sunt obligati, quibus propterea redditus persecutio difficilior. Quae res reprehensioni obnoxiam faceret ipsam Ecclesiam, quae tale genus hominum suscipiendo videretur eorum fore nequitiam. Praterea condemnatio talium, propter male peractum officium, eos notaret infamia, quae redundaret in ipsam Ecclesiam.

Procedunt hæc, sive obligatio tendat ad actiones sui ministerii peragendas, sive ad ratiocinia reddenda: quatenus tamen otia est ex administratione rerum sæcularium, sive publicarum, sive privatarum, uti patet ex cap. uno b. t. Ubi etiam turcos repelluntur, & curatores, cum sit eadem in privatis ratio, quae in publicis. Aliud est, si connectat administrationem tenuum Ecclesie, aut pertinentium ad priam causam, cum ejusmodi administratio non sit aliena ab officio Clericali, nec subsistit ratio mutandi fori. Pro quo facit *can. 1. Diff. 86.* & *can. Iudicatum Diff. 89.* Abbas & Innoc. add. c. unicum.

Reddis ratiobus, etiam si administrans, debitor remanserit, non videtur tamen rem vendus ab Ordinibus, cum nullo jure sit eatum, ob debitum privatae personæ induci hoc impedimentum: nisi & simul ponatur paupertas, quia non habet sustentationem congruam, uti requiri dictum *suprà. cit. 14.* aut debitum tale, cuius nomine lis, aut molestia meretur: tunc enim eadem estratio, quæ in superioribus, ac proinde idem impedimentum.

## TITULUS XX.

De corpore vitiatis ordinantis, vel non.

## SUMMARIUM.

1. Corpore vitiatus cu[m] pa[ci]ta qualiter fiat irregularis.
2. Andire[re] non concurrens ad sui multilatorem?
3. An neque invenerit cum uxore alterius?
4. Sine vitiati culpa non incurritur irregularitas.

*g. Ex-*